



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Series Actorvm Omnivm In Canonizatione Sancti Thomae  
a Villanova, Cognomento Eleemosynarij**

**Romae, 1658**

Aemilius Alterius Episcopus Camertium Assistens.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9857**

rij collocari, è re totius Ecclesiæ fore censerem, quò longè latè què omnibus, qui in domo Dei sunt, & præcipue sacri Ordinis nostri viris præluceat; fortioribus ad imitationem egregiam; infirmioribus, quorum plane ultimus ego, vel ad humilitatem salutarem.

### Iacobus Altouiti Archiep. Athenarum. Assistens.

**Q**Væ legi, quæ audiui ad Beatitudinem Vestram relata de Beati Thomæ à Villanova admirabili sanctitate, proprijs oculis aspexi votiuis tabulis ad eius tumulū expressa, & incredibili perpetuaquè populi frequentia celebrata. Sinè vlla igitur hæsitatione in eorum sententiam descendō, qui tantum Præsulem in Sanctorum numerum referri debere censuerunt.

### Ranuccius Franciscus Scottus Episcopus olim Burgi S. Domnini Assistens.

**S**I Regis Regum Christi Iesu inviolabili fide statutum est, quòd quicumque fecerit, & docuerit, hic Magnus vocetur in Regno Cœlorum; dignus plane est Beatus Thomas à Villanova, qui à Sanctitate Vestra inter eiusdem Regni Magnos adnumeretur, cum eius gesta, & opera testentur, fecisse eum mirabilia, & docuisse in vita sua.

### Æmilius Alterius Episcopus Camertium Assistens.

**B**EATISSIMÈ Pater. Habet pro se famulus Dei Thomas decretum Spiritus Sancti. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem. Proferat ergo S. V. de thesauris suis noua, & vetera, & gemmam hanc Sacerdotum, quam in coelestes thesauros iam diu manus pauperum deportasse certò scimus, in militantis Ecclesiæ ornamenatum exhibere nè differat.

Lau-